

meum presentibus est appensum, Datum Businbiergh, Anno domini. M^o. CCC^o. XXIII^o. jn die conuersionis sancti Pauli.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

2447.

1324 d. 2 Febr.

Hunehals.

Peter Porses dotter MARGARETA befullmäktigar sin kusin Riddaren Knut Porse, att sälja hennes gård Fivelstad i Östergötland och därför uppbära betalning.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 168.

Omnibus presens scriptum cernentibus MARGARETA domini petri porsa condam filia. salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod ego constituo et ordino verum et legitimum procuratorem meum nobilem militem karissimum consobrinum meum dominum kanutum porsa ad vendendum alienandum et distrahendum cuicumque curiam meam fiuilstadhir in ostgocia. cum omnibus ipsius curie pertinenciis videlicet agris. pratis. siluis pascuis piscariis fluminibus et torrentibus vbicumque sitis prope uel remote dans illi plenam auctoritatem per hec scripta precium et pecuniam pro dicta curia seu bonis leuandi. de leuatis quittandi et transferendi ius possessionis et proprietatis in dicte curie emptorem sicut ibi patrie legibus exstat cautum In cuius euidentiam sigillum meum presentibus est appensum Datum aput castrum honals Anno domini M CCC XX quarto in festo purificationis virginis gloriose.

Allmän öfverskrift. Prebende fiuilstadhir.

2448.

1324 d. 4 Febr.

Lockne.

Ärkebiskop Olof uppläter sin tredjedel i Södergårda i Brunflo socken med tillhörande fiske i Gimån samt tredjedelen af de offer, som falla i Brunflo kyrka, åt kyrkan och kyrkovärdarne, med vilkor att han hvar tredje år erhåller två timber gråverk.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. OLAUUS diuina miseracione Archiepiscopus vpsalensis. salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod nos predium nostrum, in sudragardhe in brunnflo, id est terciam partem ipsius ville, vna cum piscatura in gimn, eidem tercie parte adiacente, nec non et terciam partem oblacionum in ecclesia brunnflo proueniencium, nobis debitam, ipsi ecclesie et eius tutoribus ex parte eiusdem, sub annua pensione dimittimus, jta videlicet, quod tutores ipsi, de predio, piscatura ac oblacionibus predictis, duas timbrias pellium variarum legaliter vendibilium,

quolibet triennio circa principium Januarij, vt tamen iam ad duos annos incipiant, nobis persoluere teneantur. qua solucione nobis facta, perpetuo reddimus nos contentes. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud ecclesiam Luffni Anno domini. M^o.CCC^o.XXIII^o. in crastino beati Blasij, martyris. •

Sigillet med motsigill skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

2449.

1324 d. 4 Febr.

Skärsund.

THORGYI af Flugnäs, å sin sons vägnar, och HÅKAN af Redeseboda upplåta åt Thorer Haraldsson och hans broder Håkan det gods i Epplerum, hvarom de tvistat.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus THORGYI de fflugunæsy HAQUINUS de redesebodum in domino salutem Nouerint vniuersi tam posteri quam moderni me thorgyi ex parte ffilii mei mathei et me haquinum ex parte mea thoriro haraldi ffilio ac ffratri suo haquino predium super quo contendebamus in apaldarum in aquis in siluis in pratis et in agris in omnibus adiacenciis apaldarum prope et remote legaliter et digne expendisse ac dimississe (!) racione discretorum qui isto superfuerunt videlicet petri martinsson karoli ioænsen domini stephani agmundæ son karoli horne baruidis bokkæ jn cuius rei et facti euidenciam et ad cautelam ffirmiorem siggilla kanuti kiætlibiorson et iohannis gallæ qui eciam isto superffuerunt duximus robranda (!) Datum et actum anno domini M^oC^oC^o viscesimo quarto in pretorio skiær-sund sabato post purificationem virginis gloriose.

På fränsidan, med nyare hand: J Kind. Vm apaldarwm.

Sigillen adliga; (Knut Kettilbjörnssons med en spets från vänster; Johan Galles delad på längden, med grofva sågskuror från venster).

2450.

1324 d. 15 Febr.

Skeninge.

Guldsmeden RAGVALD i Skeninge qvittelar 40 mark Svenska penningar, som Riddaren Lagman Lars Ulfsson betalt genom Nils Folkeson.

L Sparres saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 298. v.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, RAFFUALDUS aurifaber ciuis Skæningensis, salutem in Domino sempiternam. Noverint vniuersi, quod recognosco me a nobili milite et honesto, Domino Laurencio Vlfsson, quadraginta marchas monete svecane, in quibus mihi tenebatur, quos denarios